Tresors a Reserva

Incipit lucii annei Senecæ cordubenſis liber de moribus in quo notabiliter
& eleganter uitæ mores enarrat:
Omne peccatum actio eſt. actio autem omnis uoluntaria eſt
tam honeſta q̄ turpis: ergo uoluntarium eſt omne peccatū.
Tolle excuſationē nemo peccat inuitus. Educatio & diſci
plina mores faciūt: & id unuſquiſq; ſapit quod didicit. Itaq;
bona cōſuetudo excutere debet quod mala iſtruxit. Nihil
intereſt quo aīo facias quod feciſſe uicioſum eſt: quia facta
cernūtur animus uero non uidet. Nulla autem laus eſt: nō
facere quod facere nō poſſis. Quid hominis eſt inimiciſſimū
homo. libenter feras quod neceſſe eſt. Dolor paciētia uinci
tur. Expecta quod nunq̄ peniteas: nonq̄ multis placeas: ſed
qualibus ſtude. In hoc tantū incumbe: ut libentius audeas q̄ loquaris. Multos uita diffe
rentes mors iuncta præuenit: Itaq; omnes dies uelut ultimus intueat. Triſticiā ſi potes
non admiſeris: ſi minus non oſtenderis. Amicos ſecreto admone: palam autem lauda.
Verba rectus non perſonis extimanda ſunt. Oratorem te puta: ſi tibi ante omnes quod
oportet pſuaſeris: ut licencioſa mancipia animi: coherce linguam uentrem & libidinem.
Quod tacitum eſſe uelis nemini dixeris: ſi tibi nō imperaſti quomodo ab alio ſilentium
ſperas? Ridiculum eſt aliquē odio nocentis innocentiā perdere. Monſtro ſimilis eſt. Aua
ricia ſcelus. Quid enim ſtultius eſt quod dici ſolet quā uia deficiente uiaticū querere uel
augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Nō pudeat te fortius naſci q̄ uiuere. Quid
dulcius quā habere amicum cum quo audeas: ut tecum omnia loqui? Magnanimi uirtū eſt
negligere ledentem. Quid intereſt ꝙ non habeas? non dum es felix ſi te turba non deri
ſerit: Si uis beatus eſſe: cogita hoc primū contendere noli: Priuſq̄ promittas deliberes
& cum promiſeris facias: Id agas ne quis merito tuo oderit: & ſi nullos inimicos tibi fa
ciet iniuria multos facit: Solitudinem querat: qui uult cū innocentibus uiuere: Optimus
ergo animus & pulcerrimus cultor dei eſt. Abſtinebis ab alieno matrimonio. Præſtabis
parentibus pietatem: cognatis indulgentiā: omnibus æquitatem. deuitabis crudelitatem
& miniſtram crudelitatis iram. Non aliter uiuas in ſolitudine: aliter in foro. Nihil petas
quod negaturus fuiſti: nihil negabis quod petiturus fuiſti. Pacē cū hominibus habebis:
cum uiciis bellū. Hoc habet omnis affectus: ut in id quod ipſe inſanit: in id putet etiam
cæteros furere. Maximū in eo uiciū eſt: qui nō melioribus uult placere: ſed pluribus. Vis
omnibus eſſe notus prius effice ut neminē noueris. Bonum eſt non laudari: & eſſe lauda
bilem: Stultū eſt timere quod uitare non poteris. Male obtrectāt de te homines: ſed mali:
Malis diſplicere eſt laudari: Male de te loquūtur homines. Bene autem loqui neſciunt.
non ꝙ merearis: ſed ꝙ ſolent ipſi homines de te mala loquūtur moleſtum eſt: ſed nō ꝙ
mētiunt. Si autem immerito innocentiæ mææ: nūc maxime gaudeo. Apparet enim illos
uera obiecturos ſi poſſent. Non es in patria tua. Patria tua eſt ubicūq; bene es: illud enī
per quod bene eſt non eſt in loco ſed in homine. Nihil magnū niſi magno animo deſpi
cias. Quæ ſunt maxime diuitiæ; non deſiderare diuitias. Quis plurimū habet: is qui mi
nimū cupit. Quid eſt dare beneficium? deū imitari: Honeſtius ē cum iudicaueris amare
q̄ cum amaueris iudicare: Diſſentio ab alio incipiat a te autē reconciliatio: Succurre pau
pertati amicorū; ymmo occurre. Amico ſecundæ res parant: aduerſæ certiſſime probant.
Peiora ſunt tecta odia q̄ aperta. itaq; te minus loquax inimicus offendit q̄ tacitus. Mira
ratio ē quæ nō uult prædicari ꝙ gaudet intelligi. Agnoſci amat qui quod agit oſtendit
Elemoſina nō tam accipientibus q̄ dantibus prodeſt. & ſpes premii ſolacium ſit laboris

Sèneca, Luci Anneu, ca. 4 aC-65 dC
Opera philosophica; Epistolae.
Sub domino Blasio Romero ...
est impressum hoc opus in ciuitate Neapolis :
[Mathias Moravus], 1075 [i.e. 1475]
07 Inc 4

CRAI Biblioteca de Reserva
www.bib.ub.edu/biblioteques/reserva/

Universitat
de Barcelona

CRAI DE LA UB

Imprès: setembre 2012